



Universitätsbibliothek Paderborn

Antidota Apostolica contra nostri temporis hæreses

In quibus Loca illa explicantur, quæ Hæreticj hodie (maximè Caluinus & Beza) vel ad sua placita stabilienda, vel ad Catholicæ Ecclesiæ dogmata infirmanda ...

In Acta Apostolorum to. primus

Stapleton, Thomas

Antverpiæ, 1595

38. Discedite ab hominibus istis, & sinite illos.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39424

29. *Oportet obedire Deo magis quam hominibus.*

Obedire
Deo ma-
gis quam
homi-
nibus.

SVNT hæc verba cuiuslibet Christiani ac
pij fidelis, siue contra tyrannum perse-
cutorem, siue contra quemlibet superiorem
ea mandantem quæ diuinæ legi & pietati
repugnant, siue contra hæreticos ac lupos
in Ecclesia Christi Pastorum ac Ministro-
rum nomine grassantes. Non sunt autem
hominis hæretici verba contra legitimum
Ecclesiæ Pastorem, qualiter ea contra Ec-
clesiæ Catholicæ Pastores vsurpari posse
Calvinus hoc loco docet, perpetua sua hy-
potheti vsus, *Papam esse Christo aduersum*: sa-
nè quia Caluini & cæteras horum tempo-
rum ex Oecumenici Concilij decreto ana-
thematæ percussit Papa; & quia Christus
esse Calvinus vult.

38. *Discedite ab hominibus istis, & sinite illos.*

Gamalie-
lis senten-
tia qua-
lis.

QUÆRITUR an hoc Gamalielis consilium
ex Deo fuerit, & generaliter verum sit.
Non ex Deo neque in fauorem Apostolo-
rum illa dixisse, sed veluti hominis mode-
rari & mansueti mitiorem sententiã fuisse
vult Calvinus; adeoque prudente homine
indignam, quæ omnibus maleficijs & scele-
ribus viam impunitatis aperiat: valere ta-
men sententiam in causa fidei ac veræ reli-
gionis,

gionis, cuius cursus vt impedi non debet, ita nec vlllo humano consilio impedi potest. Cæterum Gamaliel proorsus in fauorem prædicationis Euangelicæ ista dixisse, & de sola causâ veræ fidei sententiâ suam protulisse, magno argumento est, quod & ille Christianæ religionis fautor studiosus, tametsi fortè politicus, postea semper extiterit. Nam B. Stephani solemnem sepulcrum ipse in villa sua 20. milliaribus extra Hierusalê fieri procurauit, vt notat B. Lucianus Martyr in historia de inuentione corporis B. Stephani. Idem quoque Nicodemum Christi discipulum, postea à Iudæis bonis omnibus spoliatum, & Hierosolymis pulsum, in eadem villa sua vsque ad mortem aluit, & iuxta B. Stephanum sepeliuit, vt in eadem historia narrat B. Lucianus. Frustra tamen Caluinus cum cæteris hæreticis pro libertate falsæ religionis concedenda hoc Gamalielis consilio abutuntur. Quod enim in vera fide ac religione valet, hoc in sacrilegio & hæresi non valet.

CAP.